

Anno mudi. 6043. Anno xpi. 844.

Sergius eius nominis secundus papa. patria romanus. pater Sergio e regio ne quarta. post Gregorium pontificatum inijt. Hic cum prius os porci vocaretur ob turpitudinem nominis. mutare vocabulum coactus est. et cognomeni sergii nomen assumpsit. Eamque consuetudinem mutandorum nominum a posteris assumptam videmus. ut qui pontifices crearentur. suo omisso maiorum nomina sibi inderent. Licet ab omnibus non sit observatum. Constat autem sergium ex illustri familia ortum. neque a maioribus suis degenerasse. adiuantibus eius preclaro ingenio Leone tercio. Stephano quarto. Eugenio secundo. et Gregorio quarto. sub quorum moribus et doctrina itavit. ut solus mortuo Gregorio dignus haberetur. qui pontificatum munus obiret. Hic itaque pontificatu suscepto ad ornanda templa conuersus basilicam sanctorum siluestri et martini vetustate collapsam restituit. In easque multa sanctorum corpora collocauit. Struxit et a fundamentis ad ipsius basilice latus in honore petri et pauli monasterium ubi continuo res diuina agebatur. Romani quoque tyrannice immanitatis metu eius precibus liberati sanctissimum pontificem verum christi vicarium et unicum patrem parentem predicabant. Demum re ecclesiastica bene ac integre gubernata. tercio pontificatus sui anno moritur. sepeliturque in basilica petri. vacat tum eius in morte romana sedes mensibus duobus diebus. xv.

Leo quartus papa. patria romanus. pater rodolpho anno incarnationis octingentesimo quadragesimo pontifex omnium consensu decernitur ac merito quidem: vir enim fuit in omni vita priuata etiam religione. innocentia. pietate. humanitate. gratia. liberalitate. doctrina ecclesiastica precipue insignis. Eius gesta preclara si cuncta conscriberent voluminis modum excedere viderentur. Sunt qui arbitrantur huius sanctissimi viri orationibus deum per motum sarracenorum rabie naufragio duos onusti preda domum redeunt copescuisse. Liberatus autem sarracenorum metu sedilia in vestibulo atrij lateranensis posita ex marmore construxit. Hunc quoque tante sanctitatis fuisse constat. ut basiliscum serpentem (quem latine regulum appellant) suis orationibus e fornice sancte lucie virginis in orphea expulerit. Eius alium et veneno multum mortali perierant. Et incendium illud signo crucis extinxit quod diu per domos saxonum et longobardorum vagatum. diu petri basilice appropinquabat. Hoc autem factum octauo die assumptionis. postea ut festus celebratus est. Restituit quoque urbis munita et portas vetustate collapsas. ad hec quoque. xv. turres propugnacula urbis a fundamentis extruxit. Sua quoque diligentia corpora sanctorum quatuor coronatorum inuenit. Eorumque templum in splendidioribus formis instaurauit. sanctos ipsos sub altari collocauit et alia multa sanctorum corpora ibi addidit. At dum his rebus que diligentissime vacaret sarraceni cum classe magna contra neapolitanos romanosque aduentabant. Ipse illico quanta potuit manu hostiam proficiscitur. suosque primo ad coionem adhortatus orationem habuit. Deus cuius dextera beati petrum ambulante in fluctibus ne mergeret erexit etc. his dictis facto signo crucis pugnandi copiam fecit post longum certamen hostes superant fuganturque. inde romam cum gaudio reuersus inde vaticanum cinxit. Leoninamque urbem de suo nomine appellauit. ne deinceps hostibus liceret ecclesiam beati petri leui incursione spoliare. hanc autem urbem primo pontificatus sui anno inchoatum demum sexto absoluit. Ex manubijs vero sarracenorum plura restituit. Tandem optime de ecclesia dei. deque urbe roma. ac noie christi imperitus. moritur anno pontificatus sui octauo. mense tercio. die. vi. xvi. kal. augusti. Sepeliturque in basilica petri. vacat tum eius des mensibus duobus diebus quindecim.

Linea summorum pontificum

Sergius secundus



Leo quartus



Joannes septimus



[Large blacked-out redacted section]

Abbas in prelio exis apud ludouicum imperatorem falso accusatur. et carceri mancipatur. ubi in scriptis temporibus ignis exadit motu coposuit vnde illac iter facere. dicitur ntem epum absoluit

Esta historia es prohibida por la Inquisicion.